amari esse ad illas. Filii obedite pa
rentibus per omnia. Hoc enim placitum
est in domino. Patres nolite ad iracun
diam provocare filios vestros ut
non pusillo animo fiant. Servi
obedite per omnia dominis carnalibus
non ad oculum servientes quasi hominibus
placentes. sed in simplicitate cor
dis timentes deum. Quodcumque faci
tis ex animo operamini sicut do
mino et non hominibus. scientes quod
a domino accipietis retributionem
hereditatis. domino Christo servite. Qui
enim iniuriam facit recipiet id quod
inique gessit. et non est personarum acceptio
apud deum. Domini quod iustum est et
equum servis prestate. Scientes quod
et vos dominum habetis in celo.
IIII Orationi instate vigilantes in ea
cum gratiarum actione. orantes simul
pro nobis. et ut deus aperiat nobis
hostium sermonis ad loquendum
misterium Christi. propter quod et vinctus
sum ut manifestem illud. ita ut o
portet me loqui. In sapientia ambulate
ad eos qui foris sunt. tempus redi
mentes. Sermo vester semper in gratia
sale sit conditus ut sciatis quomodo
oporteat vos unicuique respondere. Que
circa me sunt omnia vobis nota fa
ciet tithicus karissimus frater et fidelis
minister et conservus in domino.
quem misi ad vos ad hoc ipsum ut
cognoscat que circa vos sunt.
et consoletur corda vestra cum onesimo
karissimo et fideli fratre. qui est ex vobis.
Omnia que hic aguntur nota fa
ciet vobis. Salutat vos aristar
cus concaptivus meus. et marcus
consobrinus barnabe de quo ac
cepistis mandata. Si venerit ad
vos excipite illum. et ihesus qui dicitur
iustus. Qui sunt ex circumcisione.
hii soli sunt adiutores mei in re
gno dei qui michi fuerunt solatio.
Salutat vos epaphras qui ex
vobis est servus Christi ihesu semper
sollicitus pro vobis in orationibus
ut stetis perfecti. et pleni in omni
voluntate dei. Testimonium enim
illi perhibeo. quod habet multum la
borem pro vobis. et pro hiis qui sunt
laodicie. et qui ierapoli. Salutat
vos lucas medicus karissimus. et demas.
Salutate fratres qui sunt laodicie
et nimpham. et que in domo eius ec
clesiam. et cum lecta fuerit apud
vos epistola. facite ut in laodicen
sium legatur ecclesia. et eam que la
odicensium est. vos legatis. Et
dicite archippo. Vide ministerium
quod accepisti in domino ut illud im
pleas. Salutatio mea manu
pauli. Memores estote vinculo
rum meorum. Gratia domini
ihesu vobiscum. Amen. Incipit
epistola pauli ad tesalonicenses.

Paulus et siluanus
et tymotheus ecclesie
thessalonicensium in
deo patre et domino ihesu christo.
gratia uobis et pax. Gratias agimus
deo semper pro omnibus uobis me-
moriam uestri facientes in orationi-
bus nostris sine intermissione. memo-
res operis fidei uestre et laboris et cari-
tatis et sustinentie spei domini nostri
ihesu christi ante deum et patrem nostrum. Sci-
entes fratres dilecti a deo electionem
uestram. quia euangelium nostrum non fuit
ad uos in sermone tantum: sed
in uirtute et spiritu sancto et in plenitu-
dine multa. sicut scitis quales
fuerimus in uobis propter uos. Et uos
imitatores nostri facti estis et domini ex-
cipientes uerbum in tribulatione
multa cum gaudio spiritus sancti.
ita ut facti sitis forma omnibus
credentibus in macedonia et in ach-
aia. a uobis enim diffamatus est
sermo domini non solum in macedo-
nia et in achaia. sed in omni loco fi-
des uestra que est ad deum profec-
ta est. ita ut non sit nobis nece-
sse quicquam loqui. Ipsi enim de uobis an-
nuntiant qualem introitum habue-
rimus ad uos. et quomodo conuersi
estis ad deum a simulacris seruire
deo uiuo et uero et expectare fi-
lium eius de celis. quem suscitauit
ex mortuis ihesum qui eripuit nos
ab ira uentura.
II Nam ipsi scitis fratres introitum
nostrum ad uos. quia non inanis fuit.
sed ante passi et contumeliis affecti
sicut scitis in philippis. fiduciam
habuimus in deo nostro loqui ad uos
euangelium dei in multa sollicitudi-
ne. Exhortatio enim nostra non de erro-
re. neque de inmunditia. neque in dolo.
sed sicut probati sumus a deo: ut
crederetur nobis euangelium. ita lo-
quimur non quasi hominibus placen-
tes: sed deo qui probat corda nostra.
Neque enim aliquando fuimus in sermo-
ne adulationis sicut scitis. neque
in occasione auaritie. deus testis
est. Nec querentes ab hominibus
gloriam neque a uobis. neque ab ali-
is: cum possemus oneri esse ut christi
apostoli. sed facti sumus paruuli in
medio uestrum. tamquam si nutrix foue-
at filios suos. Ita desiderantes uos
cupide uolebamus tradere uobis
non solum euangelium dei. sed et animas
nostras: quoniam karissimi nobis facti estis.
Memores enim estis fratres laboris
nostri et fatigationis. nocte ac die o-
perantes ne quem uestrum grauaremus.
predicauimus in uobis euange-
lium dei. Uos testes estis et deus.
quam sancte et iuste et sine querela uobis
qui credidistis fuimus. sicut scitis.
qualiter unumquemque uestrum tamquam pater
filios suos deprecantes uos et

conſolantes teſtificati ſumus ut am
bularetis digne deo qui vocavit
vos in ſuum regnum et gloriam. Ideo
et nos gratias agimus deo ſine intermiſ
ſione. quoniam cum accepiſſetis a nobis
verbum auditus dei: accepiſtis il
lud non ut verbum hominum. ſed
ſicut eſt vere verbum dei quod ope
ratur in vobis qui credidiſtis. Vos
enim imitatores facti eſtis fratres eccle
ſiarum dei que ſunt in iudea in chriſto ihesu.
quia eadem paſſi eſtis et vos a contri
bulibus veſtris: ſicut et ipſi a iudeis.
qui et dominum occiderunt et prophetas
et nos perſecuti ſunt. et deo non placent
et omnibus hominibus adverſantur. pro
hibentes nos gentibus loqui ut ſalve
fiant. ut impleant peccata ſua ſemper.
pervenit enim ira dei ſuper illos uſ
que in finem. Nos autem fratres deſo
lati a vobis ad tempus. ore et aſpec
tu non corde. habundantius feſtina
vimus faciem veſtram videre cum
multo deſiderio. Quoniam voluimus ve
nire ad vos ego quidem paulus. et
ſemel et iterum. ſed impedivit nos ſa
thanas. que eſt enim noſtra ſpes. aut
gaudium aut corona glorie. Non
ne vos ante dominum noſtrum ihesum chriſtum
eſtis in adventu eius. Vos enim
gloria noſtra et gaudium noſtrum.
III Propter quod non ſuſtinentes am
plius: placuit nobis manere
athenis ſolus. et miſimus timotheum
fratrem noſtrum et miniſtrum dei
in evangelio chriſti ad confirmandos
vos et exhortandos pro fide veſtra.
ut nemo moveatur in tribulationibus
iſtis. Ipſi enim ſcitis quod in hoc poſi
ti ſumus. Nam et cum apud vos
eſſemus: predicebamus vobis paſſu
ros nos tribulationes. ſicut et
factum eſt. et ſcitis. Propterea et ego am
plius non ſuſtinens: miſi ad
cognoſcendam fidem veſtram. ne
forte temptaverit vos is qui temp
tat ut inanis fiat labor noſter.
Nunc autem veniente timotheo
ad nos a vobis. et annuntiante
nobis fidem et caritatem veſtram. et quia
memoriam noſtri habetis bonam ſemper
deſiderantes nos videre. ſicut et
nos quoque vos. Ideo conſolati ſu
mus fratres in vobis in omni ne
ceſſitate et tribulatione noſtra per
veſtram fidem. quoniam nunc vivimus
ſi vos ſtatis in domino. Quam enim
gratiarum actionem poſſumus deo retri
buere pro vobis. in omni gau
dio quo gaudemus propter vos ante
deum noſtrum nocte ac die habun
dantius orantes. ut videamus
faciem veſtram et compleamus ea que
deſunt fidei veſtre. Ipſe autem deus et
pater noſter et dominus noſter ihesus chriſtus dirigat vi
am noſtram ad vos. Vos autem
deus multiplicet: et habundare
faciat caritatem invicem et in omnes.

quemadmodum et nos in vobis. ad
confirmanda corda vestra sine que
rela in sanctitate ante deum et patrem
nostrum in adventu domini nostri iesu christi
cum omnibus sanctis eius amen.
IIII Decetero ergo fratres rogamus
vos et obsecramus in domino iesu
ut quemadmodum accepistis a no
bis quomodo vos oporteat ambu
lare et placere deo. sic et ambu
letis ut habundetis magis. Scitis
enim que precepta dederim vobis
per dominum iesum. Hec est enim vo
luntas dei sanctificatio vestra. ut ab
stineatis vos a fornicatione. ut
sciat unusquisque vestrum suum vas
possidere in sanctificatione et hono
re: non in passione desiderii sicut
et gentes que ignorant deum.
Et ne quis supergrediatur neque cir
cumveniat in negocio fratrem suum.
quoniam vindex est dominus de his omnibus
sicut prediximus vobis et testifi
cati sumus. Non enim vocavit
nos deus in inmunditiam: sed in sancti
ficatione. Itaque qui hec spernit.
non hominem spernit sed deum. qui
etiam dedit spiritum sanctum suum in vo
bis. De caritate autem fraternitatis
non necesse habemus scribere vobis.
Ipsi enim vos a deo didicistis ut
diligatis invicem. Etenim facitis
illud in omnes fratres in uni
versa macedonia. Rogamus
autem vos fratres ut habundetis
magis et operam detis: ut quieti si
tis. et ut vestrum negocium agatis: et
operemini manibus vestris sicut
precepimus vobis: ut honeste am
buletis ad eos qui foris sunt. et
nullius aliquid desideretis.
Nolumus autem vos ignorare
de dormientibus: ut non contriste
mini sicut et ceteri qui spem non
habent. Si enim credimus quod iesus mor
tuus est et resurrexit: ita et deus
eos qui dormierunt per iesum ad
ducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus
in verbo domini: quia nos qui vivimus
qui residui sumus in adventu
domini: non preveniemus eos qui
dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu
et in voce archangeli et in tuba dei
descendet de celo: et mortui qui in christo
sunt resurgent primi. Deinde nos
qui vivimus qui relinquimur: simul
rapiemur cum illis in nubibus ob
viam christo in aera: et sic semper cum
domino erimus. Itaque consolamini in
vicem in verbis istis.
V De temporibus autem et momentis
fratres non indigetis ut scribamus vo
bis. Ipsi diligenter scitis. quia di
es domini sicut fur in nocte ita
veniet. Cum enim dixerint pax
et securitas. tunc repentinus eis su
perveniet interitus sicut dolor
in utero habenti: et non effugient.

Vos autem fratres non estis in
tenebris: ut uos dies illa tamquam fur compre
hendat. Omnes enim uos filii lucis
estis et filii diei. Non sumus noctis
neque tenebrarum. Igitur non dor
miamus sicut et ceteri: sed uigile
mus et sobrii simus. Qui enim dor
miunt nocte dormiunt. et qui ebrii
sunt: nocte ebrii sunt. Nos autem
qui diei sumus: sobrii simus.
Induti loricam fidei et caritatis:
et galeam spem salutis. Quoniam non
posuit nos deus in iram: sed in acqui
sitionem salutis per dominum nostrum Ihe
sum Christum: qui mortuus est pro
nobis. Ut siue uigilemus siue
dormiamus: simul cum illo ui
uamus. Propter quod consolamini
inuicem. et edificate alterutrum si
cut et facitis. Rogamus autem
uos fratres ut noueritis eos qui
laborant inter uos et presunt
nobis in domino. et monent uos
ut habundantius habeatis illos in
caritate. et propter opus illorum
pacem habete cum illis. Rogamus
autem uos fratres corripite inquie
tos. consolamini pusillanimes.
suscipite infirmos: patientes
estote ad omnes. Videte ne quis
malum alicui reddat pro malo.
sed semper quod bonum est secta
mini inuicem et in omnes. Semper
gaudete. Sine intermissione o

rate. In omnibus gratias agite. Hec e
nim uoluntas dei in Christo Ihesu in
omnibus uobis. Spiritum nolite ex
tinguere. Prophetias nolite sper
nere. omnia autem probate. quod
bonum est tenete. Ab omni specie
mala abstinete uos. Ipse autem
deus pacis sanctificet uos per omnia.
ut integer spiritus uester. et anima et cor
pus sine querela. in aduentu
domini nostri Ihesu Christi seruetur. Fide
lis est deus qui uocauit uos. qui et
faciet. Fratres orate pro nobis.
Salutate fratres omnes in osculo
sancto. Adiuro uos per dominum ut lega
tur epistola hec omnibus sanctis fra
tribus. Gratia domini nostri Ihesu Christi cum
omnibus uobis. Amen.

Incipit secunda epistola pauli ad Thessalonicenses.

PAulus et Siluanus
et Timotheus. ecclesie
Thessalonicensium.
Gratia uobis et pax a
deo patre nostro et domino Ihesu Christo.
Gratias agere debemus deo semper
pro uobis fratres ita ut dignum
est. quoniam supercrescit fides uestra. et
habundat caritas uniuscuiusque uestrum in
inuicem. ita ut nos ipsi gloriemur in uob
is in ecclesiis dei pro patientia uestra
et fide in omnibus persecutionibus uestris.
et tribulationibus quas sustinetis
in exemplum iusti iudicii dei. ut digni
habeamini in regno dei: pro quo et

patimini. Si tamen iustum est
apud deum retribuere tribula-
tionem hiis qui vos tribulant.
et vobis qui tribulamini requi-
em nobiscum: in revelatione do-
mini ihesu de celo cum angelis vir-
tutis eius in flamma ignis dan-
tis vindictam in eos qui non nove-
runt deum. et qui non obediunt evange-
lio domini nostri ihesu christi. qui penas
dabunt in interitu eternas a faci-
e domini. a gloria virtutis eius.
cum venerit glorificari in sanctis
suis. et ammirabilis fieri in omnibus
qui crediderunt. Quia creditum est
testimonium nostrum super vos in die
illo. In quo etiam oramus semper
pro vobis. ut dignetur vos vo-
catione sua deus noster. et impleat
omnem voluntatem bonitatis. et
opus fidei in virtute. ut clarifice-
tur nomen domini nostri ihesu christi
in vobis. et vos in illo secundum gra-
tiam dei nostri ihesu christi.

II Rogamus autem vos fratres per
adventum domini nostri ihesu christi. et nostre
congregationis in ipsum. ut non
cito moveamini a vestro sensu:
neque terreamini. neque per spiritum. ne-
que per sermonem. neque per epistolam
tamquam per nos missam. quasi instet
dies domini. Ne quis vos seducat
ullo modo. Quoniam nisi venerit dis-
cessio primum. et revelatus fuerit
homo peccati filius perditionis qui
adversatur et extollitur supra om-
ne quod dicitur deus. aut quod
colitur. ita ut in templo dei sede-
at ostendens se tamquam sit deus. Non
retinetis. quod cum essem apud vos
hec dicebam vobis. Et nunc quid
detineat scitis. ut reveletur in
suo tempore. Nam misterium iam
operatur iniquitatis tantum ut qui
tenet nunc teneat donec de medio fiat.
et tunc revelabitur ille iniquus quem
dominus ihesus interficiet spiritu oris sui
et destruet illustratione adventus
sui eum cuius est adventus secundum
operationem sathane. in omni vir-
tute. et signis et prodigiis mendaci-
bus. et in omni seductione iniquita-
tis. hiis qui pereunt. eo quod carita-
tem veritatis non receperunt.
ut salvi fierent. Ideo mittet illis
deus operationem erroris ut cre-
dant mendacio ut iudicentur
omnes qui non crediderunt ve-
ritati. sed consenserunt iniquitati.
Nos autem debemus gratias agere
deo semper pro vobis fratres di-
lecti a deo quod elegerit vos deus pri-
mitias in salutem in sanctificatione
spiritus et fide veritatis in qua et
vocavit vos per evangelium nos-
trum. in acquisitionem glorie do-
mini nostri ihesu christi. Itaque fratres state.
et tenete traditiones quas

didicistis sive per sermonem sive
per epistolam nostram. Ipse autem
dominus noster ihesus christus et deus et pa
ter qui dilexit nos et dedit conso
lationem eternam et spem bonam in
gratia exhortetur corda vestra
et confirmet in omni opere et sermo
ne bono.

III De cetero fratres orate pro nobis ut ser
mo domini currat et clarificetur
sicut et apud vos et ut liberemur ab in
portunis et malis hominibus. Non
enim omnium est fides. Fidelis autem
dominus est qui confirmabit vos
et custodiet a malo. Confidimus
autem de vobis in domino quoniam que
precepimus et facitis et facietis.
Dominus autem dirigat corda vestra in carita
te dei et paciencia christi. Denunciamus
autem vobis fratres in nomine domi
ni nostri ihesu christi ut subtrahatis vos
ab omni fratre ambulante inordi
nate et non secundum traditionem quam
acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis que
admodum oporteat nos imitari. Quo
niam non inquieti fuimus inter
vos. neque gratis panem manduca
vimus ab aliquo sed in labore et
fatigatione nocte ac die operantes
ne quem vestrum gravaremus. Non
quasi non habuerimus potestatem sed ut nos
metipsos formam daremus vobis ad i
mitandum nos. Nam et cum essemus
apud vos hoc denunciabamus vobis
quoniam si quis non vult operari nec man
ducet. Audivimus enim inter vos
quosdam ambulare inquiete
nichil operantes sed curiose agen
tes. Hiis qui eiusmodi sunt denunci
amus et obsecramus in domino ihe
su christo ut cum silentio operantes
suum panem manducent. Vos au
tem fratres nolite deficere benefacientes.
Quod si quis non obedit verbo
nostro per epistolam hunc notate et non
commisceamini cum illo ut confun
datur. et nolite quasi inimicum exis
timare sed corripite ut fratrem. Ipse
autem dominus pacis det vobis pacem
sempiternam in omni loco. Dominus sit
cum omnibus vobis. Salutatio me
a manu pauli. quod signum in
omni epistola ita scribo. Gratia domi
ni nostri ihesu christi cum omnibus vobis
Amen.

Incipit epistola pauli ad tymotheum.

Paulus apostolus christi ihesu
secundum imperium dei
salvatoris nostri et
christi ihesu spei nostre timotheo dilec
to filio in fide. Gratia misericordia et pax a
deo patre et christo ihesu domino nostro. Sicut
rogavi te ut remaneres ephe
si cum irem in macedoniam ut denun
ciares quibusdam ne aliter doc
erent neque intenderent fabulis
et genealogiis interminatis que
questiones prestant magis quam